

1678.

1. Godeschalens, Joh: De concilio Ephesino
2. Leiser, Wilhelm: De responsis prudentium
3. Leiser, Wilhelm: De fide si delis
4. Leiser, Wilhelm: De praemiis.
5. Lenz, Ludovicus: De beneficio ordinis.
6. Martini, Werner Theod: De auctione voluntaria
7. Neger, Joachin: De specie obligationis inaequalis, quae dicitur claudicans.
8. Rochenseen, Christianus: Fragmentum communionis rerum primariae, Discursus publicus academice refutatus.
9. Schleenslein, Godsp. Nic.: De venditione irrita.
10. Schleenslein, Godsp. Nic.: De dominio dormitante.
11. Schoerling, Ernst. Theoph: De Graecae linguae pro-nunciatione ejusdemq. variis dialectis. 2 Exempl.
12. Schurzfleischer, Cor. Sam.: Civibus academicis historiam civilem auctoritate operam studiumque pollicetur.
13. Hübnerius, Balb: De ot. Xenostipia veteran-



14. Straus, Godfr.: De juramento litis deciviva
15. ^{an. b. f.} Kraussius, Godfr.: De successione heugeweltae,
geradae, aliarumque rerum motabilium. 2. Exempl.
16. Struun, Godfridus: De revocatione delinquentium
et modo procedendi contra eosdem.
17. Wulfius, Johannes: Forhatitionum obsessorum
separationem . . . publico eruditorem examini
exponit. 2. Exempl.
18. Zeyler, Caspar: De jure litem denunciandi.
19. Zeyler, Caspar: De obligationibus in genere.
20. Zeyler, Caspar: De jure victualium.

1679.

1. Kircher, Fridr. Christ: Peregrinatio B. Pauli
transmarinae, Geographicae descriptio
2. Kirchmaier, Georg Kerp: De obsidione Hierosa-
lymitana, ex 5 hist. Cl. Taciti.
3. Kirchmaier, Georg Kerp: Pontico Pilatus, praeses.



4. Leiser, Wilhelm: De oculari inspectione.
5. = Müller, Bohemus: De Compositione praes.
2 Saenbl
6. Auenstett, Joh. Lud.: De operibus sanctae effusione.
7. Auenstett, Joh. Lud.: De fructu verbi divini, fide
et auditu per verbum dei.
8. Schwegleschius, Km. Samuel: Thematia, quibus primi
Christianorum Imperatoris antiquitates illustran-
tur.
9. Schwartz, Gregorius: Crimen laesae majestatis
10. Straussius, Godefr.: De militia togata et ejus
vinculis cum sagata.
11. Ferber, Georgius: S. Logae IX.
12. Ziegler, Karper: De visitationis ecclesiasticae
et procuratoris jure.
13. Ziegler, Karper: De commutato.
14. Ziegler, Karper: De mutuo.
15. Ziegler, Karper: De effectu magistratus ex l. 19
P. de off. praes.


[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Q. D. B. V.
CIVIBUS ACADEMICIS
HISTORIAM
CIVILEM AUDITURIS

Operam studiumque polli-
cetur.

CONRADUS SAMUEL SCHURZFLEISCHIUS,
Historiarum Professor Publicus Ordini-
narius.



WITTENBERGÆ,
Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M. D. C. LXXVIII.

*studii historici de
difficultate.*

LXVII.
25
12
13

1698



O. D. B. V.
CIVIBUS ACADEMICIS
HISTORIAM

CIVILEM AUDIENS

Opera Joh. Christiani Poggendorfii

Genus

CONRADUS SAMUEL SCHLICKERUS

Bibliothecarius Publicus

Genus

.....

.....

THE MATTHEW HENCKELS

ANNO M. D. C. LXXXIII

.....





Alter fere mensis est, ex quo paulò inter-
missam pristini studii consuetudinem
repeto, ideò quòd Princeps *ELECTOR*
SAXO de integro mihi aperuit campum
superioris industriæ, aditumq̄ve patefecit
ad commemorationem antiquitatis exemplorumq̄ve
proximorum, signumq̄ve veluti sustulit, quod publicè ac
solemniter de officii partibus me commoneret, ut cum
hæc novi muneris perfunctio alios ad bene de me speran-
dum excitaret, tum vobis præcipuè chara pariter utilisq̄ve
esset. Quæ res quoniam est ejusmodi, ut præter multas
magnasq̄ve difficultates, prope infinitis, nec vulgaris do-
ctrinæ subsidiis egeat, ratione q̄ve tractandi exquisitissimâ,
ut sola ferme Polybiana est, contineatur, intelligi potest,
quantum inter historiam civilem, & veram simplicemq̄ve
narrationem intersit, quantumq̄ve ea de causâ onus jam
à me suscipiatur. Nam ex quo fonte quæq̄ve promanent,
qualesvè rivuli inde ducantur, quæ item initia causæq̄ve
sint eventorum, quoq̄ve ordine inter se apta connexaq̄ve
inveni-

repeto
solemniter
vobis
Ratio Pol
na est opt
Dist.



inveniantur, ea persequitur historia luculenterque confir-
mat, & quæ in eo genere rectè, aut secus evenerunt, bene
diligenterque digesta, ad resque singulas accommodata,
quasi que in luce posita memoriæ tradit. Quæsi ab-
oleretur penitusque è mundo tolleretur, thesaurus
quidam prudentiæ, rerumque vitæ atque reipublicæ
utilissimarum periret nobis, posterisque eriperetur, mi-
nimeque frueremur recordatione virtutum, quarum
nulla ætas tam sterilis fuit, ut earum exempla aliis
sequenda non proderentur. Igitur multæ & graves mi-
hi causæ sunt, cur imprimis nostro ævo gratuler, si qui-
dem id omnem sanè adhibet diligentiam, ut in hoc tam
egregio copiosissimoque doctrinæ genere nullas partes
suas desiderari patiatur, nec modò Græcos, à quibus alio-
qui prima atque optima sicut aliarum artium, ita etiam
tradendæ historiæ ratio profecta est, Romanosque, saltem
illorum æmulos, & prudentia usque rerum nihilo infe-
riores, verùm etiam nostratis populi scriptores eruat ex
tenebris, vindicetque in veterem libertatem. Quod pau-
cis abhinc annis rebus Germanicis prosperum evenit,
quùm multi & doctrina & meritis egregii viri hoc summo
studio, atque omnibus viribus egerunt, ut quæ antehac vi-
sa fuerant deperdita, nuper haud inani laboris fructu con-
quire-

*in pleris
quibus
nebris.*

qvirent, feliciterqve reperirent, & hoc etiam affecuti, è
periculo oblivionis eriperent, codicesqve hujus argumen-
ti partim ederent, partim edituros se reciperent, eò qvòd
pro sua in literas voluntate non committendum puta-
rent, ut res publica tot & tantis monumentis fraudaretur.
Qvare vehementer optandum est, ut per plures de patria
bene meriti auctores, qvos summa cum industria collegit
nostrorum temporum Varro, Melchior Goldastus, susce-
pturo curam Petro Lambecio, qvàm primùm adornen-
tur, præloqve exprimantur. Cujus librorum fortunæ
cum recordor, tum commodùm animo meo occurrunt
commemorationes Hermanni Abbatis, qvæ inscribuntur
Chronicon Altaichense, insignemqve partem Norici Bojo-
rumqve gentis complectuntur, qvas tanti fecit Christo-
phorus Gevoldus, ut earum nomine, expostulet cum
annalium Bojorum conditore Johanne Aventino, qvasi
non modo hujus culpâ, sed etiam consilio intercidissent,
ut posteros fugeret, qvibus ex fontibus res sententiasqve
multò uberrimas deduxisset. Sed sive culpa, sive negli-
gentia ejus reprehendatur, refarcivit eam jacturam nuper
diligentia Petri Lambecii, qui monumentum id diu inter
deperdita numeratum inter bibliothecæ Vindobonensis
Codices reperit, atqve è tenebris in lucem vocavit. Pa-

A 3

rem



reor An^{5.} rem Andreae Angeli fortunam graviter magnopereque
doleo, qui etsi non æqvavit laudem, quam historiae Civili
vindicamus, tamen plenam uberemque ad scribendum
materiam habuit, honestumque & facile etiam primum
inter scriptores suae gentis locum est consecutus: cumque
ejus & reipublicae interesset, monumenta, quæ is summo
quidem cum labore impendioque collegerat, diligenter
conservari: aliquanto post, quàm rebus humanis exemp-
tus est, accidit, ut luculenti illius magnoque tabularum
apparatu adornati operis cura atque cogitatio abjiceretur,
prorsusque thesaurus antiquitatis, ex templis fanisque
& per vetustis schedis comparatae, maximeque ad vicini-
am pertinentis, interverteretur. Non hic recorda-
bor Cyriaci Spangenbergii, cujus migratio, aut exilium,
potius, dici non potest, quantum damni dederit superio-
rum rerum commentariis, in quibus tota nunc opera no-
stra versatur: nisi quòd inter ruinas tam luculenti aedificii
pauca quaedam rudera benigniore fato ad me pervene-
runt, in quibus perspicere mihi videor imaginem sum-
mae & singularis industriae, quam castigandis quodam-
dam modoque retexendis Ernesti Brotuffii scriptis ille
ipse auctor declaravit, notationibusque manuscriptis to-
tum ferme ejus Chronicon Anhaltinum distinxit atque
expoli-

expolivit. Sæpe autem optavi, ut ea facultas judicii, quæ
in Caspare Peucero inerat, utrisque contigisset, quando-
quidem à subsidiis minimè inopes erant, pragmaticon-
autem illud Polybianum non peræquè assecuti sunt, in-
quo lacertos quasi movit Peucerus, quo Viro post decef-
sum Philippi Melanchthonis, Germaniæ Socratis, nihil
facile doctius patria nostra habuit, rationemque scriben-
di in eo genere optimam etiamnum laudat ac miratur.
Eò minus tempore abutar, si dixero, fato ita datum fuisse,
ut Melanchthon hic inter primos ederet Conradi Ur-
spergensis *Chronicon*, & literis in sordibus & squalore ja-
centibus nitorem, historiæ absurditatibus nugisque de-
pravatæ pristinum decus afferret. Idcirco pro eo, ac
debeo, ejus & Peuceri, Vitiqve Vinshemii Senioris, &
Friderici Tilemanni, Laurentiiqve Rhodomanni,
virorum certè clarissimorum, memoriam jucundis-
simè colo, propterea quòd dotes ab natura
datas incomparabili doctrinâ exornarunt, humanitatisq;
& historiarum studia summa cum laude hoc in loco atqve
regionibus Saxonice amplificarunt, ac in omni etiam ge-
nere artium, à Græcis Latinisque proditarum, omne pro-
pmodum vitæ tempus consumserunt, mihiqve etiam, &
ante me hanc viam ingressis multò eruditissimis viris lu-
men quasi diligentia prætulere. Quibus hoc quoque
pace

Peucerus.

Melanchthon

et reliqui

et reliqui



pace vestra subjungam, quod Melanchthon & Peucerus non tantum abditos veteris historiae recessus perscrutati sunt, verum etiam recentiora & selecta quaedam attingere voluerunt, delectumque rerum habuerunt, ac denique in possessionem laudis a Johanne Carione relictae immigrarunt. Is monachus fuit doctus & prudens, vixitque Berolini inter sectae disciplinaeque Ordinis sui homines, historiamque breviter complexus, magnam laudem promeruit, duum virosque a me nominatos suscepto insigniter labore induxit propeque accendit, ut quod usui esset, posteritatique conduceret, eleganti & docta ratione imitarentur, proque voluntate sua erga literas Chronicon ab eo inceptum perficerent, atque ex instituto persequerentur. Quod pluris autem hos facio, qui praecipis atque exemplis eam rationem peropportune ingressi, eadem via feliciter constanterque perrexerunt, eod minus hanc gloriam assequi, aut aequare potuerunt Graeculi sequiorum temporum, qui toties de hoc curriculo deflexerunt, quoties narrationes potius, non doctrinae quidem, sed certe prudentiae expertes, quam historias scribendas susceperunt. Longum esset hic contendere scriptores priscos, quorum alii in omnibus vitae prudentiaeque partibus versati, vim suam copiose graviterque diffundunt,

alii

Carione.

culi sequiorum
grorum.

riter in tanto tamque operoso argumento versantur, nonnulli etiam non modo non modica praesidia sunt consecuti, sed ne exigua quidem bene sapienterque ad hoc institutum compararunt, & plerumque etiam insignia ad usum tractationemque vitae negotia jejunè ac tenuiter enarrarunt. Ut mihi causa mirandi sit, cur Flavius Vopiscus, unus ex minoribus historiae augustae scriptoribus tantum sibi sumat, ut Livium, Sallustium, Tacitum, Trogum, historicos doctrina, ingenio usque maximos mendaciorum temere coarguat: nisi cum Antonio Mureto, viro multae eruditionis atque diligentiae dicere velimus, Vopiscum, qui de gravi & pragmatico superiorum temporum scribendi genere immane quantum discesserat, id scripsisse, non quod sic esset, sed quia ipse etiam aliquo numero esse cupiebat: quoniam id meae opinione temere scripsit, neque cum veteribus istis, quos frivolo sermone infectatus est, ullâ ratione sit comparandus. Utinam verò omnia Livii monumenta etiamnum superessent, ut haberemus, unde ejus epitome, inter quam & Flori epitomen permultum interest, suppleri utiliter augerique historia tam cumulatissimâ accessione posset. Perexigua enim sunt, quae Messala Corvinus leviter tangit, cur-

B sim.

Vopiscus

pragmatico
scribendi

epitome

Messala

2
Dio.

aitur.

lematur.

ing Marcelli
nur.

abo.

abo.

simqve tractat de Germania I. & II. itemqve de Belgica I.
& II. quorum jacturas nec Dionis prudentis, & judicio
præstantis historici industria refarcivit. Nam quod de
Gallicis rebus nuper illi objecit vir doctissimus Jacobus
Palmerius, id quia non est hujus instituti, alibi dispiciam,
lateq; explicabo. Nec video, quamobrem de Taciti
laude detraxerit, qui præter reconditam prudentiam,
consiliorum fontes rarâ, nec mediocri diligentiam est per-
scrutatus, fuitq; aliquandiu in Belgio, Germanorumq;
mores & habitus ex propinquo vidit, multaq; tradidit &
conservavit, quæ alioqvi cum Aufidii Bassi, Pliniiqve Se-
nioris ejus argumenti libris deperdita prorsusqve subla-
ta fuissent. Nam & ipse Ptolomæus, externus homo &
Ægyptius, ceteroqvi in pulvere cœlestibusq; rationibus
solicite atqve diligenter versatus, in rebus Belgii quædam
prodidit, quorum notitia accuratior aliunde peti debet,
quod libenter quidem nunc ostenderem, si liceret huc
afferre Ammiani Marcellini, oculati testis luculentas pla-
nasq; utriusqve Germaniæ, & utriusqve Belgii descriptio-
nes. Etiam Strabo, qui Romæ imperante Augusto flo-
ruit, Germaniamqve per nuncios & milites propius co-
gnitam habuit, rationesqve Geographiæ, quatenus ad u-
sum

sum historiarum civilis pertinent, magis explicatas exploratasque reddidit, ac ipse Ptolomæus, in rebus Belgicis, quæ cum Germanicis magnam veteremque cognationem habent, à præstantissimo Belgii Romani scriptore Ægidio Bucherio interdum, nec sine causa, est notatus. Itaque ^{Arabum op} huic tam prudenti eruditoque Geographo operam ^{datur quod} ^{gerere debet} daturi videant, quæ auctoritate argumentoque adductus scripserit, & quæ id sit, quomodo cum Cæsare, Plinio, Mela, aliisque congruat: tum Ptolomæus quoque veniat in conspectum, & an inter eum Strabonemque conveniat, accurato iudicio ponderetur: exempli gratia, an fines Belgii proferendi sint ad Ligerim, quam controversiæ partem ex solo Strabone minimè conficiamus. Nam & hic ratio Ptolomæi cum primis est habenda, quippe quem fortuna conjunxit cum temporibus Imp. Antonini, quo rerum potente celebre *Itinerarium*, quod ab eo ^{Itinerari} quoque nomen tulit, sed ab Anniano isto, perperam mutato vehementerque depravato diversum est, prodiit in lucem, cujus fama longissimè, & ad ipsos usque Ægyptios, nominatimque Alexandriam, ubi Ptolomæus claruit, commendatione iudicioque doctissimorum hominum permanavit, propterea quod ea urbs tunc amplitudine gloria-

riaque eruditionis adhuc floruit, uberrimaque ad literas
atque artium disciplinas fuit. Illud verò est longè in-
dignissimum, quòd multi, quamvis totos se his studiis tra-
derent, audaci propeque temerario conatu veteres hu-
jus quasi fundi nostri terminos moverunt, nec modò do-
ctrinæ, sed etiam fidei suæ laudem, malè de patria anti-
quitate meriti obscurarunt, & situs locorum, flexusque
fluminum, ac sedes limitesq; antiquos, Rhenique itinera,
& accolarum positus atque habitationes nimis licenter
commutarunt. Quod dum animo occurrit, parùm
abest, quin audaciæ isti subirasca, cujus ne nunc quidem
causa mihi deest, quùm in Philippi Cluverii Germaniam
antiquam intueri soleo, in qua multa, nec aptè mutat ac
refingit, sæpeque plus suis conjecturis, quàm fidei testi-
moniiisq; scriptorum primæ & mediæ antiquitatis ven-
dicat, ac pleraque ex ingenio comminiscitur, quæ cum à
rebus interdum abhorreant, tum instituto auctorum,
nonnunquam adversantur. Cæsarem, Strabonem, Pli-
nium majorem, Tacitum, Dionem, Ammianum Mar-
cellinum, Zosimum, & per plures si maximè assequitur,
tamen non unâ vice eorum dicta aliter exponit, ac illi
fenserunt, multaque firmis in rationibus atque sententiis
po-

pp Cluv. iij.
hur.



posita haud rectè cōgruenterq; interpretatur. Neq; hic re-
ticebo virum per diligentem insigniterq; doctum Christo-
phorū Sandium, proximè aliquoties id ausū, ut nescio de *Christophor*
industria, an per imprudentiam de aliquibus Chronico- *Sandier.*
rum scriptoribus haud idoneè existimaverit, multaq; ad
liquidum non explorata scripserit, quæ nec Vossio, quem
castigat, satisfaciant, neque Lambecio, quem & Sam-
marthanos fere sequitur, omni ex parte probentur. Tūm
vero postulat hujus instituti ratio, ut affirmem, plerosq;,
dum ad ingenii lectionisq; gloriam referrent omnia,
conjecturisq; niterentur, in hos scopulos culpā suā in-
cidisse, in quos non quidem aliquid gravius dicam, sed *nimia aud*
profectò nimix audaciæ eos non absolvam. Quos enume-
rare supervacuum est, nisi quòd adjiciam de Thoma Rei- *Thomas R*
nesio, qui nulli exterorum concessit eā parte eruditionis, *nes.*
quæ ratione & judicio lectionis continetur, unusq; est
is, quem nostrās Saxonia cum omnis ævi maximis viris
potest comparare, omnia ejus apud Gallos Italosq; esse
in pretio, magnopereq; & merito æstimari, quanquam
uni alteriq; Batavorum jam nuper visum est, eum sic ju-
re suo fuisse usum, ut mansuetudinis modum excederet,
acriterq; & asperè nimis auctorum menda corrigeret & *quæd*
quæd

mutaret. Etenim quod Sandius ipsi in vitio ponit, quasi
vir ex omni memoria doctissimus ^{divisognosias} dedecus ad-
misisset, id alibi confectum dabo, simulque de sententia,
quam de Annianis dixit, consideratè diligenterque vos
commonebo, & unà etiam explicabo, quare id sit, quod
non ita pridem eodem prope consilio Thomas Bartholi-
nus junior de Johanne Turpino sensit censuitque, quum in
eo sanè totus esset, ut justam Holgeri Dani historiam
instrueret planeque adornaret. Cum vero de industria
Reinesii cogito, tum de præsidii ornamentisque, quæ huc
attinent, subinde mecum delibero, apparatusque inscri-
ptionum, quibus ille nostro ævo palmam tulit, item nu-
morum, statuarumque, annulorum insuper & gemma-
rum, præterea sigillorum, insigniumque gentilitiorum re-
quirit scio, sine quibus nemo veteris historiæ cursum rectè
conficiat, sineque tabulis etiam & instrumentis publicis,
actorumque non fallentibus documentis nemo in curri-
culo hoc, præcipuè recentiorum rerum, feliciter proce-
dat ac progrediatur. Quamobrem in magno loco nu-
meroque apud me sunt Gallorum doctissimi Emericus
Bigotius, Stephanusque Baluzius, nec non apud Italos Ca-
rolus Dati, Antoniusque Magliabechius, qui summa ratio-

antiquarium

*otius Baluzius
Magliabechius*

tione diligentiaq; perquirunt & rimantur, quæ injuria tē-
porum propemodum obliteraverat, caligoq;ve incitioris
avi obscurârat. Nil dicam de Francisco Barberini, qui cu- *Barberini*
ra studioq;ve antiquitatis diu Germanos ad se convertit
quasiq; traxit ad imitationem hujus laudis, exemploq;ve
monuit, suæ sectæ disciplinæq;ve hominibus rationem fa-
cri otii constare oportere, ut neq; antiquitatis curam ab-
jicerent, neq; dignitatis suæ obliviscerentur. Nec absur-
dè putaverim, Germanos, quod ab Italis quondam sive ad
ingenii cultum, sive ad literas expoliendas insigne elegans-
q;ve acceperunt, nuper per Lucam Holstenium sagaci fru- *Lucas Holste*
galiq; genti multò uberrimè reddidisse, quæ ipsa mecum
Georgii Hieronymi Velschii jacturam vix modicè fert, *Hieron. Velsch*
graviteq; dolent Vindelici & sentiunt, in eo se Reinesium
quendam amisisse. Lenit tamen quodammodo ac sola-
tur hunc dolorem Henricus Meibomius, dignus avo ne- *Henric. Meib*
pos, qui post Hermannum Conringium, quem nominas-
se satis est, in ea quoque studiorum parte omnia summa
Julia suæ præstat, pluraq; pollicetur. Quod eo jucundi-
us mihi accidit, quod in vicinis aliisq; Academiis viri non
spernendæ diligentia magno cum meo gaudio emerse-
runt, qui sponte suâ excitati, tuendum ornandumq;ve hoc
decus

decus susceperunt, ut prodita à Conringio & Bœclero exempla summo studio & probarent & sequerentur. Neque eorum meritis fraudi esse debet, quòd magnam quoque partem hic sibi vendicant Jureconsulti, qui antiquitates nostras luculenta commentationum suarum accessione adauxerunt: diceremque liberè ac palam confiterer, magnam fructus partem studiis meis eripi, si præter superiorum JCtorum monumenta, quæ in omni genere eruditionis mihi profuerunt, aditumque etiam, perinde ut Mureto olim, ita & mihi ad interiores melioresque; literas patefecerunt, nihil à nostratibus etiam elucubratum climatumque; esset, quippe quorum sunt bene multi, atque inter hos Johannes Strauchius, Caspar Zieglerus, Ericus Mauritius, Johannes Eichelius, Georgius Adamus Struvius, Gerhardus Marstrichtius, aliique historiæ pariter atque juris prudentissimi viri, quorum libri & schedæ veram semperque duraturam nostratis hujus eruditionis gloriam servant. Verum enim vero hæc scriptio non eò instituta est, ut perscribam elogia clarissimorum doctissimorumque hominum, quorum præstantissima opera jam diu auctores suos illustrarunt, nominaque posteritati propagarunt. sed ut *Serenissimi ac Potentissimi Principis & Domini, Domini JOHANNIS GEORGII II, Saxonie, Juliaci, Clivia & Montium Ducis, Sacri Romani Imperii Archimareschalli atque Electoris, Landgravi Thuringie, Marchionis Misnie & utriusque Lusatia, Burggravi Magdeburgi, Comitis Marce, & Ravensburgi, Dynasta Ravensteinii, ETC. ETC. ETC. Domini mei clementissimi*, voluntati atque impetio morem geram, cui ab Senatu hujus Academiæ unâ mente & consilio prolixè sum commendatus, uti mihi in posterum tradendæ historiæ negotium daret. Quod ubi ope consilioque Patrum ea, quæ optavi, ratione adeptus, Viroque Amplissimo & clarissimo GEORGIO GREENIO, nunc Potentissimi Principis Oratori Ecclesiastico maximè venerando succedere sum iustus, omninò statutum habeo, Principi benignissimo obsequium, Academiæque; observantiam dignè ac reverenter probare. Quare Magnificum Rectorem, Patresque Academiæ Patronosque & existimatores hujus studii omnes & singulos oro obsecroque, ut me cras ab H. IX. de vero historiæ usu præsentem teneat; dicere pro auctoritate sua patiantur, audireque ne graventur. Ad postremum Cives Academiæ quælo moneoque; ut officium perlibenter navaturi, frequenti numero convenient, verbaque facturo attentos compositosque animos afferant, & data oblataque excolendæ deinceps historiæ occasione quàm diligentissimè utantur. P. P. Wittenbergæ
DOMINICA XIII. post TRINITATIS A. recuperatæ salutis clæ Ioc LXXVIII.

ULB Halle
001 522 310


3



TA → OL


1017





Ale
odar
pes f
mqv
est m
ore i
traxi
s cur
erat
cà ac
c bar
onft
ari p
ide
cer q
hella
lene
ti de
rpf
n pe
ilata
Hel
ra ar
m
ctian
neqv
long
per


LI



Q D. B. V.
CIVIBUS ACADEMICIS
HISTORIAM

CIVILEM AUDITURIS
Operam studiumqve polli-
cetur.

CONRADUS SAMUEL SCHURZFLEISCHIUS,
Historiarum Professor Publicus Ordini-
narius.



WITTENBERGÆ,
Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M. D. C. LXXVIII.

*Studii historici de
difficultate.*

LXVII.
25
12
13

